

## AD LECTOREM.

nomine opes ex auri, argenti & æris fodinis collectas venisse. Harum autem fodinarum immensas divitias cuius fama per totum ferè orbein distulerit, mirum tamen neqve Historicorum neqve Philosophorum quenquam modum & rationem, qva veteres è venis illis metallis in lucem protraxerint, (nisi qvod Plinius memorat veteres humeris effossa metallis extulisse fodinis, id qvod etiam Historici de Americanis illis Hispanorum operariis in Peruviaæ ditissimis fodinis tradunt) excoixerint, purgarint, signarintqve, scriptis suis prodidisse. Multò verò minus qvis eorum pulcherrimæ de metallorum generatione & natura scientiæ temporis & operæ qvicq; vam dedit. Dignissima autem homine cura cum sit, qvæ cuim causas & principia rerum noscendi versat, qvomodo in sinu terræ qvid in corpus tale, qvale est id qvod metallum nominamus, concrebat, videamus.

Nimirum corporum cœlestium in hæc inferiora magnam vim esse, caqve diffundere illam etiam in subterranea nemo facile ausit negare. Qvis enim in hisce operationem suam soli, qvis lunæ detrahatur, cum singulis metallis in eoruim generatione singulos destinaret Planetas communis Philosophorum Schola, imò singula metalla non in omnibus insigniverit Planetarum? Qvomodo autem sidera sua vi in subterranea influant, fortasse non ita facile fuerit explicare. Omissis aliorum opinionibus rectius statuere videntur, qvi per aërem ( Democriti enim atomos dudum cum Aristotele Peripateticorum Schola explosit ) illam ad loca subterranea volunt deferri. Pari sane ratione, qva aér doctissimorum virorum judicio ex cœli conditione vel turbatus vel placidus sese insinuat in mortalium corpora, ex qvorum deinde afflatu inclusi animi inspiratos accipiunt effectus. Verum non Planetas solum, sed & fixas stellas tam luce motuq; rarefaciendo aëra, qvam vi & qualitate aliqua hominibus hactenus incognita, ac forsan nunquam cognoscendâ in hæc inferiora agere viris doctissimis est concedendum. Nec minus his assentiendum videtur statuentibus, magnam stellas hasce fixas vim exercere planetarum potentias in actum deducendis, cum planetæ ab his, ut fœminæ à viris, reddantur prægnantes,

B

gnantes,